

RECTOR

ACADEMIÆ LYDOVICIANÆ
CHRISTOPH. FRID.

AYRMANNVS,

HISTOR. PROF. PUBL. ORD.

UNA CUM UNIVERSO

SENATU ACADEMICO,

LECTIONES ÆSTIVAS

TAM PUBLICAS QUAM PRIVATAS,

A SINGULIS OMNIUM FACULTATUM PROFESSO-
RIBUS HABENDAS,

INDICIT, AD EASQUE SEDULO AUDIENDAS

GENEROSOS AC NOBILISSIMOS

ACADEMIÆ CIVES

PERAMANTER INVITAT.

D. VI. APR. ANNO dno 1833.

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAIORI.

In Facultate Theologica.

IO. IACOBVS RAMBACH,

S. S. Theologiae Doctor & Professor primarius, Superintendens primus & Consistorii Assessor.

Lectiones exegeticas in librum *psalmorum*, sub huius anni Lauspicium coeptas, publice continuabit, hora XI. *Privatim*, hora IX. & ex parte III. in explicanda theologia *theologica*, ad ductum *oeconomiae Salutis*, a ven. LANGIO editae, sedulo perget. Insuper B. FRANCKII *ideam studiosi theologiae* in usum auditorum conuertere, & sacris publicis *lectiones practicas* subiungere non intermitteret.

IO. GEORG. LIEBKNECHT,

SS. Theol. D. & P. P. O. Distr. Marpurgo - Darmst. Superint. Acad. Senior, Consistorialis & Stip. Ephorus.

In *lectionibus publicis* Scriptorum Eccles. & Patrum *historiam* specialem dabit; in *privatis* posteriorem Samuelis librum explanabit, itemque *praxin homileticam* praemissis nonnullis regulis instituet, nec iis deerit, qui vel *theologiam* *moralem* vel *historiam sacram* N. T. desiderant, aut etiam *vi-res ingenii* in *disputationibus*, publice habendis, exercere cupiunt.

REINH. HENR. ROLLIUS, D.

Prof. Publ. Ord. Consist. eccles. Assessor, ac Dioeces. Alsfeld., Superintendens, Facult. Th. h. t. Decanus.

Publice in *praelegenda Theologia polemica Rudrauffiana* perget, illique *disputationes*, publice pariter habendas, singulis hebdomadibus adijunget, initium earundem *prolusione* quadam ex *tabula significaturus*. *Lectioibus biblicis*, in libros *novi testamenti* *historicos* *privatim* habitis, *Commentatio in historiam*



storiã passionis & resurrectionis D. N. Jesu Christi, ex quatuor Evangelistis coagmentatam, ac in certa pensa distributam, succedet, qua & succincta exegesi singula explicabuntur momenta; & dubia à recentioribus etiam Criticis mota, ut recensiones Evangelistarum, recte inter se collatas, optime sibi constare pateat, solventur; & omnia denique, cum in nuda cognitione subsistendum minime sit, ad praxin pietatis dirigentur. Lektionen quoque dogmaticas in Baieri compendium, nuper promissas, jam de novo auspicabitur, id operam præcipue daturus, ut dogmata sacra non solum dextre explicentur, sed & ex locis, quos vocant, classicis, in subsidiaria vocatis fontibus, tam dilucide probentur ac illustrentur, ut veritas doctrinæ, quam magno consensu Ecclesiæ nostræ profitentur, in solis quasi disco posita intelligatur.

JO. CONRADVS ARNOLDI,

S. Th. D. & Prof. Ord. nec non Acad. a Biblioth.

Lektionen publicas, hora II. habendas, porro consecra-
vit *Exegesi Evangelii S. Matthæi*, in cujus Cap. X. ubi nuper substitit, perrecturus; explicationi philologicæ junget Porismata practica, tum pietati promovendæ, tum Pseudo-Hermenæ vitandæ necessaria. Privatas Lektionen hora X. continuabit in theologia dogmatica, secundum *duclum Compendii Bajeriani* ita tradenda, ut collatione cum *B. Dieterici Institutionibus*, nec non *B. Speneri Tabellis Catecheticis*, ex desiderio optimorum quorundam Theologiæ Studiosorum, instituta; tam orthodoxiæ confirmatione, quam priscarum & recentiorum hæresium confutandarum cognitione solida imbuantur. Superaddet etiam collegium Polemicum, adversus in Religione a nobis dissidentes, quos sibi selegerint examinandos sanctioris doctrinæ serio Studiosi.

In

In Facultate Juridica.

IO. FRIEDER. KAYSER, J.U.D.

et P. P. O.

IN *Lectiōibus Pandectarum* per hanc ætatem absolvendis omnem operam impendet. De novo vero Collegium *Juris Publici* aperiet, ad ductum *Introductionis Schwederianæ*, cujus nova editio, eaque auctior, & ad nostra usque tempora continuata, nuper lucem adspexit. Nec deerit Nobilissimis Dn. Dn. Commilitonibus, si vel in *Institutionibus*, vel in aliis legitimæ scientiæ partibus studia & industriam eorum promovere poterit.

D. IO. FRIED. WAHL, P.P.O.

et Academia Syndicus.

PRælectiones *publicas* ad *Digesta* continuabit, easque ad finem perducet. Novum quoque Collegium ad *Institutiones Justiniani*, aliaque, vel ad *Digesta*, vel ad *Jus Canonicum*, nec non *Jus Feudale*, pro desiderio Dnn. Auditorum auspiciabitur.

IO. GE. ESTOR, D.

et P. P. O.

PUBLICè docebit *Institutiones iuris civilis*. Priuatim exponet **BEYERI** delineationem *iuris Germanici*, ut iurium cultores addiscant complures materias, in foro admodum obuias, quæ in doctrina ff. & iure publico aut plane non, aut saltem leuiter, & quasi in transitu tanguntur. Faciet quoque horum desiderio satis, qui rogarunt, ut, praeter **MASCOVII** introductionem, particulare ius publicum tam electorum, quam reliquorum Germaniæ principum explicaret. In scholis priuatissimis perget strenue. Ceterum nihil intermissurus officiorum, quæ Dn. commilitones ab ipso postulabunt.

D. JOH.



D. JOH. FRIDER. MOEGLING,

Jurium Prof. Publ. Ord. sui Ordinis p. t. Decanus.

Absolutis, quorum finis proxime instat, Collegiis Pandectarum utrisque, non solum in eadem Lectionem publicam, sed & Collegium in Institutiones priuatum, ad verba textus, subjunctis ad finem ejusque tituli axiomatibus, inchoabit. Si quibus erit animus, Collegium tam disputatorium ad Institutionum ductum, quam Practicum, ad Strykii Introductionem, quovis die Sabbathi, habendi, coque in proposito perseverandi, intentioni non deero, methodum, contenta, & tempus ex hac tabula indicaturus, totusque in eo, ut Dnn. Commilitonum desiderijs, quorum habebo notitiam, inserviam.

In Facultate Medica.

D. JOH. CASIMIR. HERTIVS,

P. P. O.

Publice demonstrationibus botanicis vacabit: Privatas vero horas anatomicis lectionibus destinabit. In aliis quoque Nobiliss. Dominis Commilitonibus non defuturus.

IO. MELCHIOR VERDRIES, D.

Medic. P. P. O.

Publice, si Deus vitam & sanitatem dederit, ad desideria & captum Auditorum lectiones accommodabit. *Privatim* Praxin specialem proxime absoluet, & porro quod e re fuerit, ex voto Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum, pertractabit.

LVD.

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

P. P. O.

Publice Medicinam forensam, ad ductum *Cl. Teichmeyers*, docebit. Privatim vota & desideria Nobiliss. Dnn. Com-militonum exspectabit.

In Facultate Philosophica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematicum P. P. Ord. & Acad. Senior.

Publice Horographiae Trigonometricae nonnulla singularia problemata dabit, adnexo Chordarum, quarum Tab. ante aliquot annos publicavi, vsu; *Privatim* vero Elementa totius Matheseos, nuper ad finem perducta, resumet, nec in vlla Matheseos parte Philomathis deerit.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Physic. P. P. O.

IN cursu Philosophiae Naturalis, superiori semestri coepto, impigre progreditur; neque vlla in parte praestantissimae huius scientiae opellam suam desiderari patietur.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Histor. Prof. P. Ord.

Lectiones priuatas in *Struvii* historiam vniuersalem & *Schmaussii* Historiam Imp. Ro. Germ. instituet, cum semestris aestiui exitu finiendas. Publice Historiam litterariam, si muneris ratio permittet, traditurus.

JOHANNES RHENIVS,

Viriusque Eloquentia Prof. Publ. Ord.

IN publicis lectionibus oratoriam B. Hülsemanni eccles. illu-strabit. Privatim collegio stili epistolico & oratorio practico cultores eloquentiae non intermitteret exercere.

JAC.

JAC. FRID. MULLER, P. P. O.

Logicam publice & privatim tradet secundum positiones ab omnibus scholasticorum tricus liberatas, quas ipse conscripsit. Ontologiam ceterasque Metaphysicæ partes methodo Analytica exponet. Architecturam Civilem docebit ex Vignola, vel Palladio, vel Goldmanno, Architecturam Militarem ex Landsbergio. Cursum Matheseos resumet, præviis Elementis Matheseos Celeberr. Mathematici nostratis Joh. Georgii Liebknechtii.

IOH. LVDOVIC. ALEFELD,

Poës. Prof. Ord.

Labores publicos commentationibus in libr. VII. & VIII. *Aeneid.* impendet; priuata vero industria regulas & præcepta poëseos Germanicæ perspicue tradet, earumque *συνέτη* atque vsum quotidianis exercitationibus faciliorem reddere studebit. Reliquas praelectiones suas consueto tempore e valvis publicis significabit.

IO. CHRISTOPH. EBERWEIN,

Phil. Prof. O. P. Paedagogiarcha & ad arcis templ. Pastor.

Ad finem perductis lectionibus logicis, Metaphysicæ expositioni, Deo feliciter annuente, instans destinabit semestri, ad vsum cuncta, sterilibus spinosisque rejectis, dextre adplicaturus.

ERNEST. FRID. NEUBAVER,

antiquitatum, litteraturæ graecæ & orientalium linguarum

P. P. O.

Simulatque publicis super codicem graecum lectionibus pauca illa, quae ex *Matthaeo* restant, capita ad finem perduxerit, ad *Marcum* perget, eadem, qua adhuc vsum est, methodo

thodo hora II. explicandum. *Privatis* vero praeter duodecim *prophetas minores*, ex ebraeo fonte, cursoria quidem lectione, sed perspicue tamen & dilucide hora VIII. pertractandos, collegium in *antiquitates ebraicas*, ad sacrarum literarum intelligentiam valde utiles & necessarias, hora X. aperiet: idque ad ductum libelli, ab IKENIO nuper in lucem emissi. Elegimus hunc librum, quod brevis quidem, sed praeclarus sit & ad praelectiones academicas omnium aptissimus videatur. Neque non doctrinam de ebraeorum *accentibus*, *Chaldaicam*, item *Syriacamque* linguam, secundum DANZIANA principia, cupidis Dn. auditoribus instillabit, Adsit Deus auxilio!

CHRIST. LVDOV. RVDIGER,

P. P. Extr.

Quam & provinciae sacrae ratio & navitas auditorum permiserunt, in arte ratiocinandi, ad tertiam propemodum sectionem, quae ratiocinia scite formare docet, progressus est, utilissimae huic materiae per aestatem operam publice daturus, quo ad colophonem deducatur. Ceterum desideria studiosae iuventutis in quacunque sanioris philosophiae disciplina tradenda, explendi, nunquam non erit promptissimus.

Habebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cives* commodissimam occasionem, in arte equestri, in ludo palestra, in arte commode & perite saltandi; nec non in *linguis exoticis*, Gallica, Italica, apud exercitiorum istorum, & linguarum Magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi paratamque habilitatem perficiendi.

Quod ad Férias in hac Academia solennes attinet, per Rescriptum Principale novissimum omnes abolicæ sunt, praeter duas ante totidemque post Festum Paschatis hebdomadas proximas.